

157.
Quod Deus benevertat.

1622, 4

2
M

DISPUTATIO IURIDICA

De

EMPTIONE VEN-
DITIONE

4

Quam

SUB PRAESIDIO

Clarissimi & Consultissimi viri

DN. IOHANNIS WISSELI

I. V. D. & in illustri Iulia Profefs. publ.

nec non Dicasterij Guelphici Assessoris dignis-
simi, praceptoris sui honorandi.

Ad diem 10 Julij Aug.

defendam suscipiet

ANDREAS Dralle Eimbe-
censis.



HELMAESTAD I,

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno cl^o l^o cXXII.

18-



De
EMTIONE

THESIS I.



Mtionis contractus quoniam est utilissimus & elegantissimus *Hunn. in Resolationib. Trot. vel. volum. 1. disp. 28. in calce*, ut frequentissimus ita amplissimus *Vult. ad principium Inst. hic*, nihilq; eo in commercijs humanis frequentius atq; æquabilis, ut idem testatur *Vvesembecius in paratit. de contrah. emt. princ.*

vel ipso usu & quotidiana experientia comprobante, operæ præcium erit de eo aliquid in publicum proferre.

II.

Et quidem cum jus honorarium in nonnullis à civili discrepat, de utroq; separatim secuti exemplum & ductum veterum iure consultorum agemus.

III.

Emtionis vocem *ad ll. 12. tabb.* relatam comprehendere sub se omnes alienationes quidam hic statuunt, quod nego & potius invertendum puto. *l. 1. C. de fund. dotali. N. 7. c. 1. circa medium.*

IV.

Illud certum est emtionis & venditionis voce ICTOS esse promiscue usos, eo tamen modo, quod per alterutrum eorum totum contractum indigetarent, non v. quasi hæc prorsus confudissent *l. 19. de A. E. l. 20. de contrah. emt. l. 2. c. de A. E.*

V.

Proprie tamen & accurate loquendo is emit, qui pro certo precio rem, vendit qui precium pro re sibi obligat. Quæ obligatio uno verbo Emtio venditio dicitur.

A 2

vel potius q. al. obligatum habet
6. Ea rem vel precium solvendum



VI.

Ea est contractus *b. f.* consensu solo initus de re certo precio in pecunia numerata consistente commutanda.

VII.

Quam originem ex jure Gentium ducere, inde patet quod dixi esse bonæ fidei, & solo perfici consensu, tam quoad illum, quam quoad precium. *Genes. 23. v. 10. 15.*

VIII.

Bonæ fidei est contractus; unde qui illi contrarius est dolus ab utraq; parte interveniens contractus ingressum impedit *l. 34. §. 3. de contrah. emt.* itemq; sub vna parte intercedens si dederit causam contractui *l. 1. quod met. cap. 1. 1. C. de resc. vend. l. 7. princ. de dolo l. 17. de minor. l. 3. §. fin. pro socio.*

IX.

Consensus ille debet esse liber, unde nemo vendere cogi potest nisi tempore caritatis annonæ *l. 1. §. 11. de offic. præfect. urb. urgente* itemq; illud reipub. necessitate & utilitate, *urgente* justo tamen refuso pretio. Idem debet esse planus & perspicuus, obscura itaq; dicta contra venditorem plerumque sunt inter prætanda *l. 21. l. 33. h. t. ut qui legem contractui dicere potuit apertius quod quoniam ipse emtor non unquam potest* & debet, ideo ex ea causa pariter contra ipsum interpretatio est facienda *l. 34. h. t. l. 39. de pact.* Verus item debet esse, consensus, ideoq; simulata venditio nulla est *l. 55. de contrah. emt. t. t. plus valere quod agitur quam quod simulate concipitur.* Error item totalis quoniam consensui vero prorsus est contrarius emtionem impedit *l. 9. pr. h. t. veluti si æs pro auro veneat d. l. 9. §. fin.*

X.

Hisce consequens est omnes emere posse, qui & consentire, qui non consentire nec emere, ut furiosus, infans, mente captus &c. *§. sed & l. de curat. l. 2. C. de contrah. emt.*

XI.

Illorum tamen quidam licet consentire possint nihilominus emere vetantur, ut prodigus, pupillus *l. 6. de V. O. pr. l. de aut. tut. minor sub curatela constitutus l. 3. C. de integ. rest. curatore enim destituti minores contrahere probat*
lex

lex tot. de V. S. l. 24. §. 1. de minor. ijs tamen ob manifestam circum-
scriptionem per in integram restitutionem succurri-
tur d. l. 24. d. l. 3.

XII.

Alij quamvis singuli separatim emere possint, ob quan-
dam tamen coniunctionem, relationem, administrationem
& officium nequeunt, ut emtio prohibita est inter patrem
& filium in potestate adhuc patris consistentem l. 2. de con-
trah. emt. exceptis bonis castrensibus l. 2. ad SC. Maced. ijsq;
in quibus patri usus fructus non acquiritur l. fin. C. de bon. qua
lib. §. 1. l. p. quas pers. ~~in emt.~~ tutorem & pupillum, nisi obser-
vata cautela legis §. 2. & 4. aut. tut. l. 5. C. h. t. l. 34. §. fin. eod
scilicet vt contutor adsit, palamq; & bona fide contrahatur,
magistratum & subditum l. 46. & 62. h. t. l. 46. §. 2. de I. F. l. unic.
§. 2. de contract. indic. exceptis tamen ijs quæ ad alimoniam &
vestes spectant d. l. unic. §. 2. eoq; casu ubi officialis alicujus
bona paterna à fisco distrahuntur d. l. 62. h. t. Si contra fece-
rint res emta etiam non reddito precio repeti potest l. pe-
nult. C. de his qua vi & met. ca. proponitur etiam quadrupli
pænain l. 46. h. t. illud tamen hodie non observari testatur
Fomannus in disputationib. suis ad Inst. disp. 2. thesi 7. prohibita
deniq; est emtio inter patronum & clientem l. 6. §. 2. C. de po-
stulendo medicum & agrotum l. 9. C. de profes. & med.

XIII.

Consensus præsupponit rem certam, vt ea quæ, qualis
& quanta sit appareat, l. 8. pr. de peric. & commod. rei vend. vnde
vino, oleo, frumento & ijs reb. quæ pondere, numero & men-
sura constant ad certas & singulas mensuras venditis, emtio
contracta non censetur, priusquam appensa, ad mensa & ad-
numerata sint, l. 35. §. 5. h. t. si vinum vero non ad mensuram,
sed amphoras forte & singula dolia, ante degustationem em-
tio non intelligitur, leg. 1. princ. & §. 1. de peric. & commod. rei
vend. nisi eo per à versionem vendito §. 1. & 2. d. t.

XIV.

Etsi autem res quædam major vel miuor sit quam di-
ctum vel putatum, propterea emtio non corrumpit, sed priori
casu

A 3

casu conventioni omnino statatur, posteriori supplendum
quod deest l. 38. de A. E.

XV.

Res porro omnes vendi possunt tam corporeæ quam
in corporeæ ut sunt nomen, actio sive in rem sive in perso-
nam l. fui C. de her. vel act. vend. l. fin. C. de E. V. etiam invitis &
ignorantibus debitoribus, modo ante litem contestatam
fiat l. 2. § 1. C. de lit. a ne tamen in potentio rem alienetur l.
2. C. ne liceat. potent. Servitus tam realis quam personalis,
hereditas t. t. de her. vel act. vend. qua vendita an jus accre-
scendi transeat controvertitur? affirmandum puto l. 2. pr. de
her. vel act. vend. l. 2. § 4. § 18. d. t. l. 33. de usuf. Item tam præsentis
quam futuræ aliquando tamen exituræ, ut fructus futuri anni,
annui redditus sive in pecunia sive frumento N. 72. c. 7. propriæ
quin recte vendantur dubium nullum est, emi tamen non pos-
sunt nisi in casum ubi nostræ esse desinent, aut possessio ea-
rumdem ematur l. 34. § 3. h. t. Alienæ quoque emi possunt mo-
do id emptor ignoret, sive id venditor sciat, quo casu ad in-
teresse conveniri potest l. 30. § 1. de A. E. sive itidem ignoret,
ubi ad evictionem tenetur, de qua in sequentibus.

XVI.

Ab his quædam excipiuntur, quæ vel omnino hominum
commercijs sunt exempta, vel non quidem exempta prorsus,
ob causas tamē quasdam eas distrahendi libertas est coarctata,
ita ut alia ab omnibus sed non omnibus, alia omnibus ven-
di sed non ab omnibus queant.

XVII.

Prioris generis sunt res sacræ sanctæ religiosæ §. fin. l. hic
§. 7. l. de re R. D. Ecclesiasticæ l. in venimus C. de SS. Eccles. nisi id
necessitas & Ecclesiæ utilitas postulet, & fiat modo & solen-
nibus præscriptis, quibus neglectis emptio irrita est, res pu-
blicæ & universitatis nisi itidem observatis solennibus de
quibus habetur in l. fin. C. de vend. reb. civit. liber homo, nisi
quod ob nimiam egestatem parentibus filios sanguini nolen-
tos adhuc vendere licet l. 1. § 2. C. de parent. qui fil. distr. Eu-
nuchi Romani l. 2. C. de Eunnuch. res dotales pr. l. quib. alie-
nare

mare licet, & donatæ propter nuptias *l. 1. §. cum lex C. de nuptiis*
ad. l. 4. de fund. det. legitiosæ l. fin. A. si heres C. de litigios nisi alie-
natio esset necessaria l. 69. §. 1. de leg. 2. puta ex causa divisio-
nis, transactionis, dotis, donationis propter nuptias, lega-
ti l. fin. v. exceptis C. de litig. subjectæ item restitutioni l. fin.
§. sed quia nostra maiestas C. comm. de legat. nisi itidem favore
dotis vel donationis propria nuptias vel alimentorum A. res
qua C. comm. de leg. A. contra cum rogatus C. ad Trebell. & alius
Causæ ut captiuorum redemptionis. Nominatim item ve-
ritas cupressos legimus ex luco Daphnensi t. t. C. de cupressis ex
luco Daphnensi annona militaris & frumentum publici cano-
nis l. 3. & fin. C. qua res venire non poss. res furtiva l. incivile C. de
furt. & vi possessa §. 2. I. de usucap. venenum malum l. 35. §. 2. de
contrah. emt. materiæ domus dirutæ à Domino, quo plus ex
singulis partibus lucretur l. 52. de contrah. emt.

XII.

Posterioris, quæ ab omnibus quidem vendi sed non o-
mnibus possunt, sunt res emto-ris propria nisi in casum ubi
ejus esse desinent *l. 16. l. 4. h. t. l. 96. de V. O. unde solutum*
precium condici potest l. 37. de condict. indeb. item ferrum fa-
ctum vel infectum barbaris distrahi licitum non est, ut & ole-
um, vinum, garum, & alterius generis liquamen quæ ne qui-
dem ad gustum ijs concedi debent t. t. C. qua res exportari non
deb. l. 3. §. 1. de penit.

XIX.

Quæ omnibus vendi sed non ab omnibus possunt, sunt
purpura, sericum *l. 1. & 2. qua res vend. non poss. item res pupil-*
li vel imoris, quæ sine magistratus decreto à tutoribus di-
strahi prohibentur t. t. C. de pred. min. non alien. procurator
quoq; bona distrahere nequit, & sit totorum bonorum, nisi
cum libera sit datus, aut speciale mandatum habeat l. 34. §.
fin. h. t. l. 63. de procur. exceptis quæ facile corrumpuntur d.
l. 63.

XX.

Res istas (ut alias in quavis materia regulare est) acces-
soria sua sequuntur, ut quod adibus emtis affixum est, & si-
mul

mul ad perpetuum earum usum pertinet l. 13. §. fin. & s. ll. seqq.
de A. E. item quod est intra emtum fundum, & ad ejus perpetu-
am utilitatem spectat l. 17. pr. de A. E. qua ratione emto equo
debetur & sellum, frenum. l. 38. de Adil. edict.

XXI.

Hinc nonnulli, quod putant jurisdictionem esse castro
accessoriam, seu ei coherere, statuunt vendito castro etiam
jurisdictionem esse venditam, quod nego, coheret in perso-
na jurisdictionis. Secus atq; facello vendito, tum enim jus pa-
tronatus simul venditum intelligitur, propter textum in C.
7. x. de iure patron.

XXII.

Rerum istarum quarumvis quas distrahi licitum est cer-
tum & iustum debet definiri precium, quod intelligitur si di-
media pars veri precij sit soluta vel obligata §. 1. h. t. l. 33. cod.
l. 2. C. de resc. vend. Certum autem & illud quod idonea aliqua
demonstratione vel relatione, ut ad quantitatem ante de-
terminatam l. 7. §. 1. l. 37. h. t. intelligi potest, seu quod in rei ve-
ritate certum est l. 7. §. 1. h. t. licet id contrahentes lateat, ut
quanti a restatore emtum est, quantum precij in arca habeo
d. l. 7. non vero ita, pro precio quod in arca habeo l. 34. §. 3. 4.
de leg. 1. l. 30. §. penult. l. 51. d. t.

XXIII.

Potest etiam precium in tertij cujusdam arbitrium con-
ferri, qui si definerit, emtio est, modo non iniquum arbi-
tretur l. 76. pro soc. l. 24. locat. l. 30. de oper. libert. sin minus nulla
l. 25. locati §. 1. l. h. t. non tamen in alterutrius contrahentis
l. 13. l. 35. §. 1. h. t.

XXIV.

Precium illud debet consistere in nummis seu pecunia
numerata §. 2. l. hic ab initio solv. enim aliud præter pecu-
niam consentienti creditori potest. l. 9. C. de resc. vend. unde
uno momento venditio fieri nequit l. 46. locati l. 10. §. fin. de ac-
qui r. rer. dom.

XXV.

Quid vero si pecunia simul cum alia re detur? vide distinctio-
nem apud Schneidew. ad §. 2. l. h. t. n. 6. 29. Dixi

XXVI.

Dixi solo consensu emtionem perfici, cui consequens est, neq; præsentiam, neq; literas, nec verba requiri quod n. emtio in scriptis nonnunquam celebratur, illud à voluntate & placito contrahentium non natura & substantia contractus dependet.

XXVII.

Arrhæ item datio emtioni non est naturalis, est enim per se quidam contractus *l. 17. C. de fid. instrum.* sub quarum amissione ex parte emtoris, duplarum v. restitutione à parte venditoris ab emtione (sive perfecta sive adhuc imperfecta *d. l. 17. v. illud*) recedere licet *pr. l. hiel. 33. l. 33. l. 11. §. 6. de A. E. l. 3. C. eod.* quam opinionem esse communem, eandemq; in præxi observari testatur Gomez. *var. resolut. tomo 2. c. 2. n. 18.* Sive ea sit pura sive conditionalis sive in diem, ad diem, & ex die concepta *l. 41. h. t. l. 80. §. sylvæ l. fin. h. t.*

XXIX.

Et placito pacta varie pro lubitu contrahentium formari possunt, modo contractus substantiam non labefactent, aut sint juri contraria; unde pactum ne onus vel census rei publicæ aut fisco debeatur, quoniam vergit in præjudicium juris publici non valet *l. 1. C. sine censu vel reliq. fund. comp. non posse.*

XXIX.

Eorum tria in signia in jure nostro conspiciuntur, additio videlicet in diem, lex commissoria, & pactum de retrovendendo.

XXX.

Additio in diem est pactum, quo vel emto pura resolvatur, vel conditionalis quæ est perficitur: illud si actum sit ut meliore allata conditione ab emtione discedatur, nisi emtor quod offertur supplere malit *l. 2. de in diem addit. l. ab emtione de pact. l. 4. §. 2. h. t.* hoc si actum sit ut perficiatur emtio, nisi melior conditio offeratur *d. l. 2. cum l. seq.* illud purum, hoc conditionale.

B

31. Ex



XXXI.

Ex illo, si precario emtori tradatur res an interdictum quod vi aut clam intentari possit queritur? quod negandum putamus *l. 11. §. 10. qui aut clam.*

XXXII.

Lex commissoria est pactum, quo cavetur, ut nisi intra certum tempus precium per solvatur res fiat inempta que venditio pura est magis n. sub conditione resolvetur quam contrahitur *l. 1. de lege commiss.* Elapso tamen illo tempore nihilominus in potestate venditoris est, vel commissoriam exercere vel precium adhuc petere, sed alterutro electo, ad alterum regressus non patebit *l. 3. l. 4. §. 2. de lege commiss.*

XXXIII.

Resoluta vero ita emtione dominium ipso jure ad venditorem redit *l. ult. de lege commiss. l. 5. d. 1. l. 4. C. de pact. nisi venditor usuras precij post præstitutum diem petat l. 4. C. de pact. inter emt. & fructus interim percepti emtori sunt restituendi l. 5. de lege commiss.*

XXXIV.

Legem hanc in pignoribus quoque locum habere quidam statuunt, quod negamus *l. fin. iunct. rubric. de pact. pign.*

XXXV.

Pactio de retro vendendo cavetur ut venditori liceat rem quandoque vel intra certa tempora redimere *l. 2. C. de pact. int. emt.*

XXXVI.

Quod pactum utrum sit personale vel reale queritur? prius affirmandum putamus *l. 2. C. de pact. int. emt. l. 4. C. de lege commiss.*

XXXVII.

Vnde quidam inferunt nemini illud posse cedi, nec ullo tempore præscribi, quod negamus *l. 3. C. de præscript. 30. anno l. 1. §. 1. C. de ann. except.*

XXXVIII.

Ex hisce pactis omnibus emtioni adjectis, actionem emtori nasci non præscriptis verbis dicimus *l. 7. §. quinimo de pact. l. 4. de lege commiss. l. 16. de indierum dict.*

29. In-

XXXIX.

Introduc̄ta est vero emtio ut difficultatibus permuta-
tionum subveniretur, & eo facilius res utiles & necessariae in-
ter homines communicarentur, quoniam non semper quod
ego desiderabam tu habebas, & vice versa.

XL.

Ea simul atq; perfecta est (perficitur a. statim postquam
de præcio convenit *pr. l. hic*) omne commodum & incom-
modum rei venditæ ad emtorem transfert *l. 33. locati. l. 39. de
solut.* quod tamen de emtione pura intelligendum est non de
conditionali *l. 8. de peric. & commod. rei vend.* & nisi genus sit
venditum, nisi quoq; dolus & culpa levis saltem venditoris
argui possit, quod si emtor ipse in mora sit, dolum duntaxat
venditor præstat *l. 17. de peric. & commod. rei vend.* unde est quod
frustrante emtore venditor vel vinum effundere vel alij ven-
dere possit, *iuxta l. 1. §. 3. & fin. de peric. & commod. rei vend.*

XLI.

Duæ hinc nascuntur actiones, una emti, altera venditi.

XLII.

Actione emti agit emtor ad rem tradendam & qui dem
vacuam *l. 25. de A. E. l. pen. & fin. h. t. l. 30. §. fin. de A. E. l. 188. de
V. S. l. 2. §. 1. l. 3. §. 2. de A. E.* una cum accessionibus *l. penult.
C. eod. & fructibus l. 13. §. 10. de A. E.* à tempore contractus per-
ceptis vel percipiendis, vel interesse (quod sc. ex re ipsa na-
scitur, non vero quodcunq; venditor mora non facta conse-
qui potuisset *l. 21. §. 3. de A. E.*) à tempore moræ, si rem tra-
dere velit siue nolit, præcise enim ut tradat cogi nequit *l. 4.
C. de A. E. l. 14. de publ. in rem act. l. 1. §. 2. de excep. rei vend. l. C.
l. 21. C. ad l. Corn. de fals l. 72. pr. de V. O. l. 15. C. de rei vind. l. 13.
quib. mod. pign. solv. princ. I. hic verbis, is qui recusat & l. 2. pr. de
leg. 2. l. 35. in fin. h. t. l. 21. §. 3. de A. E. l. 3. §. 3. d. t. mora autem
commissa spectatur locus & tempus quibus res pluris fuit d.
l. 3. §. 3.*

XLIII.

Eadem actione consequitur emtor quod dolo inciden-
ti & culpa venditoris in emtione factum est, item si errore
non



(non tamen totali) deceptus sit emtor, idem hoc ignorante venditore, qualis est, si quis in qualitate erret, ut cum mē-
fas q. citreas emit, quæ non sunt *l. 21. §. 2. de A. E.* si pro parte
in materia erretur, veluti cupro vel argento mixtis auro pro
toto auro ab ignorante emtis *l. 10. l. 14. h. t.* quod eo nomine
sibi ab est. Si quoq; contra dictum & promissum quid venijt
l. 13. §. 4. de A. E. Circa rei vitium differentia constituitur in-
ter ignorantem & scientem *l. 13. pr. d. t.*

XLIV.

Eadem hac actione repetuntur arrhæ *l. 11. §. 6. d. t.* re ta-
men adhuc integra, sin minus conditione ex lege, qua etiam
repetuntur arrhæ datæ contractu nondum perfecto *l. contra-
ctus de fide instr.*

XLV.

Precium a. offerre debet emtor aucturus vel illud solvis-
se *l. 13. §. de A. E.*

XLVI.

Actione venditi venditor agit post rem traditam, obla-
tam vel cessam ad precium cum usuris à tempore moræ (quæ
intelligitur facta statim re tradita *l. 5. C. de A. E. l. fin. de pecul.
l. 18. in fine de usur.*) persolvendum, vel emtore recusante ad
interesse arg. *l. 28. C. de evict.*

XLVII.

Et quidem statim agere potest venditor (quod tamen
temperamentum recipit) nisi fides habita sit aut alio modo
satis factum *§. 41. l. de R. Divis. l. 5. §. 18. de tribut. act.* alias do-
minium in emtorem non transiet *d. §. 41. l. 19. l. 53. h. t. l. 5. §.
penult. de tribut. act.* fides a. habita non intelligitur statim re
tradita. Quod si evictio in limine contractus immineat ad
solutionem emtor compelli non potest, nisi fideiussoribus
ei caveatur *l. 24. C. de evict.*

XLIIIX.

Quæ satis datio semel oblata an adversus omnes præstan-
da sit quæritur? Affirmandum putamus *l. fin. §. fin. de rescind.
vend.*

XLIX.

In precium imputantur arrhæ, si quæ in pecunia numerata datae sunt, si vero in speciebus repetantur hac actione vel conditione sine causa ab emptore l. 11. §. 6. de A. E.

L.

Hic quæstio hodierno tempore utilis moveri potest. Vendidi ego ante tempus semestre ædes meas mille taleris, cum ad huc 6. Schreckenbergeri Thalerum constituebant, jam moveo actionem post eorum valorem adeo immutatum ut 48. modo Thalerum efficiant, quidnam, quantum & quo in genere monetæ mihi sit solvendum? Sanè si strictam juris civilis rationem sequi velimus dicendum erit 1000. taleros hodiernæ & quovis tempore usitatæ monetæ esse per solvendos, quoniam variatio, imminutio, corruptio seu deterioratio metalli illius, cui moneta imprimitur valorq; imponitur nihil detrahit vel addit nummo ut rei incorporeæ l. 1. de contrah. emt. l. 65. §. 1. de V. O. l. unie. C. de argenti præc. quod thes. modo non ultra dimidium justipræcij juxta constitutionem Divorum Dioclitiani & Maximiniani in l. 2. C. de vsc. vend. cōtrahentes decipiantur, quod tamen non intelligit factum si re vera illo tempore bis mille thaleris & iam probæ & secundum leges Imperij per cussæ monetæ ædes valuerunt.

LI.

Verum ut ut illud legibus & stricta civilis jurisratione defendi queat, tamen si æquitatem intuemur, quæ in omnibus merito præponderare debet l. placuit C. de iudiciis ut & recessus Imperij aliud dicendum erit, & potius secundum illos, ut qui certæ materiæ & justiponderis monetas volunt, pronunciantur.

LII.

Tutius autem erit cavere in obligatione de pecunia in specie ut vocant solvenda, quo tamen facto emtionem contrahi nego sed esse innominatum contractum dico.

LIII.

Tradita jam re modo prædicto venditor, si est dominus

B 3

etiam



etiam emtorem ipsa traditione dominum efficit, sin minus
usu capiendi conditionem prestare debet. *quo nomine ob ev*

LIV.

Vsu capio. est rei nostrae vel nobis obligatae l. 3. 4. 27. C. de
evict. ab adversario v. possessae per judicem consecutio.

LV.

Ad quam prestandam una cum interesse l. 70. de evict. li-
cet ex natura contractus venditor teneatur l. 60. de evict. so-
lent tamen eò stipulationes interponi ut simplae & duplae, tri-
plu item & qua druplum promitti potest l. 36. de evict. sine ta-
men satis datione, sed sufficit nuda repromisso. l. 36. de evict.

LVI.

Quibus tamen non novatur actio ex emto jure recen-
tiori (de veteri enim aliter se res habet §. fin. l. C. M. T. C. l.
25. C. de evict.) sed utraq; tam ex emto quam ex stipulatu actio
intentari potest d. §. penult. l. l. fin. C. de novat. Cujus prestatio
locum habet etiam in partibus evictis, homogeneis tamen,
non heterogeneis l. 1. de evict. iuncta l. 56. §. 5. de stip. serv.

LVII.

Ea etiam ob servitutes personales evictas, non aequae ob
reales l. 48. 75. de competit l. 49. 75. de evict. Sed datur eo no-
mine actio quanto minoris l. 61. de adil. edict.

LIIX.

Sciens tamen alienam vel obligatam actionem nullam
habet l. 27. C. de evict. l. 7. C. comm. utriusq; iudici.

LIX.

Etsi autem ad defendendum emtorem jure est obstri-
ctus venditor, tamen lite mota illud denunciari emtori de-
bet, (non vero necessum est libellum vel omnia acta & acti-
tata exhibere l. C. de evict.) etiamsi causa notorie sit injusta,
etiamsi juraverit venditor venturum se ad defendendum C.
l. 8. & absente tutore pupillo denunciandum est l. 56. §. fin. de
evict.

LX.

Illud nihil refert utrum ante vel post litem contestatam
denunciatio fiat, modo non prope condemnationem l. 29.
§. fin.

*sequente singu
contribuere t
quod typographi
ligentia non ari
no man*



§. fin. de evict. Quam sententiam in praxi observari inquit
Trentl. disp. ad Padett. vol. 2. disp. 2. thes. 7. lit. a.

LXI.

Eo iudicio emtor si vincitur & quidem jure l. 51. de evict.
l. ult. C. de A. E. l. 31. eod. (nam si injuste iudex judicaverit actionem quidem contra venditorem non habet, sed potest iudicem convenire princ. l. de O. e. E. D. N.) ex emto contra venditorem & omnes quibus precij solutio profecit l. 13. C. de evict. agit vel ex stipulatione ad precium cum interesse quo emti iudicio etiam expensas litis necessarias, item in rem ut fieret melior erogatas consequitur l. 1. C. de peric. & commod. rei vend. l. 9. C. de evict. si autem vicerit expensas frustra petit sibi refundi l. 18. C. de evict. §. 3. l. h. t.

LXII.

Ab his omnibus venditor liberatur interitu rei l. 26. C. de evict. scilicet ante litem motam l. 21. ff. eod. ut & rei præscriptione l. 54. de evict. quæ non contingit longo tempore l. 19. C. eod.

LXIII.

De constituenda obligatione, & juribus inde resultantibus hætenus, sequitur jam ejusdem resolutio.

LXIV.

Quoniam itaq; nihil tam naturæ congruum, quam eodem modo quid dissolvi quo colligatum est, ideoq; emtio mutuo consensu contrario seu dissensu re adhuc integra perimitur l. 23. de rescand. vend. l. 1. 2. C. quand. hi ab. emt. disc. l. 6. in fine h. s. l. penult. C. de pact. int. emt. l. 58. de pact.

LXV.

Resolvitur item si ultra dimidium justici precij contrahentes sunt læsi, nisi emtor quod deest supplere, venditor quod redundat de precio reddere malit. l. 2. C. de resc. vend. l. 1. §. 2. & 3. si quid in fraud. patron. etiam si res sit perempta modo non dolus alterutrius interveniat, is enim si dederit causam contractui, emtio nulla est, si incidens sit, iudicio emti corrigitur l. 5. C. de resc. vend.

66. Hoc



Hoc remedium competit ignorantibus, in sciente distinguimus utrum libera voluntate, vel necessitate coactus contraxerit, illi auxilium d. legis denegamus, huic concedimus, etsi juramento contractum firmavit. *l. 1. C. si adversus vendit. A. Sacramenta puberum d. t.* quamvis de jure Canonico contrarium sit verius, quod in his conscientiarum materijs observatur *C. cum contingat X. de iurand.*

LXIX.

Daturq; ob res omnes tam mobiles quam immobiles, pretiosiores tamen, nam rerum minimarum, & quæ alias non sunt magni momenti non habetur ratio maxime ubi de contractu rescindendo agitur *l. 4. de in integr. rest. l. 54. h. t. l. 10. cum seqq. de dolo*, non etiam locum habet in venditionibus fiscalibus *l. 8. C. de remis. pign.* non autem excipimus venditionem decreto iudicis factam ~~tant. C. de fo. vend. l. 1. C. de prescript. 30. vel 40. ann.~~

LXIX.

Extendunt nonnulli dictam constitutionem ad alios contractus & causas ut locationem, permutationem, divisionem, transactionem, emphyteusim, feudum &c. quod non concedimus, est enim jus singulare & exorbitans.

LXX.

Rescinditur item emptio vi metuq; inita *l. 21. §. 1. C. 4. l. fin. §. 1. quod met. caus. l. 5. de adult. presenti tamen l. 9. qui met. caus. & atroci contraq; bonos mores illata, & tali quæ in hominem constantem cadit l. 3. §. 1. l. 6. dit. ut sunt vincula, custodia, mors l. 7. §. 1. d. t. l. 48. de Reg. iur. l. 8. quod met. caus. stupri inferendi periculum l. 8. §. 2. d. t.*

LXXI.

Atq; hæc sunt emptionum jura secundum leges civiles. Quoniam vero AEdilium quoq; curæ incumbet annonæ prospicere, & propterea emptionum æqualitatem observare, & ipsi edictum proponebant, quibus contrahentium machinationes coercere, eosq; servare indemnes volebant.

LXXII.

Quod est jus honorarium §. 1. *I. de I. N. G. & C.* quò em-
tio ob rei vitium vel omnino rescinditur vel ad æqualitatem
redigitur.

LXXIII.

Edictum hoc competit inter ignorantes indistincte, inter
scientes neutiquam, alterutri quoq; eorum separatim scien-
tia sua nocet *l. 1. §. si intelligatur l. 74. §. fin. de Edil. ed. l. 9. C. de
A. E. non tamen supina toleranda est ignorantia l. 3. 6. de iur.
& fact. ign. l. 13. §. 1. h. t. l. 14. §. fin. l. 55. de Edil. ed. cujus exem-
plum est in l. 13. §. si venditor de A. E. l. 1. §. 6. de Edil. ed. Servi
item ignorantia vel scientia domino nocet vel prodest l. 51.
princ. de 4. aliud in procuratore d. l. 51. §. 1.*

LXXIV.

Ejus forma & tenor proponitur *in l. 1. §. 1. & l. 38. d. 1. sed
imperfecte Donello monente, qui illud ex alijs legibus sup-
plet ut l. 44. §. 1. l. 19. §. fin. l. 55. l. 25. l. 29. §. 1. §. si quid in l. 28.
d. 1.*

LXXV.

Vnde tres nascuntur actiones, actio redhibitoria, quan-
to minoris æstimatoria, & actio in factum ædilitia.

LXXVI.

Redhibitoria actio, est actio AEdilitia arbitraria *l. 14. §.
4. quod met. caus. l. 23. pr. l. 31. §. 9. de edil. edict. §. 13. l. de act. qua
agitur ad rescindendum omnino contractum, ob rem vitio
affectam, aut non talem qualem venditor affirmavit & promi-
sit, vel ob reticentiam, vel quòd ædilitijs actionibus non ca-
vit l. 18. l. 19. de edil. edict. l. 1. §. 1. d. 1. h. t. §. 1. de A. E. l. 37. de do-
lo l. 43. h. t. l. 28. de edil. edict. l. 31. de evict.*

LXXVII.

Contraria agit venditor ad rem cum omnibus fructibus
& accessionibus restituendam *l. 31. §. 19. & fin. de edil. edict. &
damnum emtoris & suorum culpa datum, resarciendum l. 23.
pr. de edil. edict. l. 25. d. 1.*

LXXIIX.

Actio hæc efficit ut tam emtor quam venditor in inte-
grum

C



grum quodammodo restituantur l. 21. pr. l. 23. §. inbamus de a-
dil. edict. ac si nulla emtio intercessisset l. 60. d. r.

LXXIX.

Ex pirat semestri spacio utili l. 19. §. fin. de adilit. edict.

LXXX.

Quanto minoris est actio adilitia qua petitur re-
stitui de precio tantum, quanto minoris res tempore vendi-
tionis fuit.

LXXXI.

Ea datur ob easdem causas ob quas superior pro emtoris
lubitu l. 1. §. 1. l. 38. de adilit. edict.

LXXXII.

Eademq; saepius intentari potest ne tamen inde emtor
lucrum faciat, & bis eandem consequatur aestimationem l.
31. §. 16. de adilit. edict.

LXXXIII.

Evanescit utilis anni spacio à tempore scientiæ compu-
tando l. 38. pr. de adilit. edict. l. 2. C. de adilit. act. l. 19. §. fin. l. 55. cod.
aliter atque in redhibitoria l. 19. fin. d. r.

LXXXIV.

Actione in factum pratoria repetitur prætium facta red-
hibitione l. 31. §. 17. & seq. de adilit. edict. l. 11. de prescript. verb. Ea
competit etiam ex pacto, quo actum est, ut nisi res placuerit
ea reddatur, intra 60. dies utiles l. 31. §. 22. de adilit. edict.

COROLLARIA.

I. Ait Iustinianus in §. 3. Proem. I. eas esse totius le-
gitimæ scientiæ elementa, cui quo minus fidem habeamus,
facit quod plurimarum materiarum, quæ in latoribus
Pandectarum libris fusius tractantur vix mentio fiat, i-
mò pede sicco præteritæ sint, ut E. C. nihil ibi tractatur
de pactis, transactionibus, in integrum restitutionibus, u-
suris, adilitio edicto, evictionibus, probationibus, testi-
bus, instrumentis confessis, judiciis, arbitriis, sententiis,

ra


re iudicata, possessionibus, Velleiano Scto, operis noui
nunciatione, damno in fecto, collatione bonorum, iure
dotium, questionibus, penis, appellationibus &c. ut ve-
re statuit Ant. Matthæi in disput. suis de fundamentis iu-
ris disp. 14. th. 86.

II. Idem agnoscit magnum antinomiarum numerum,
cùm quo etsi per omnia facere non possumus, negare ta-
men nolumus dari quasdam antinomias plane nullo modo
(nisi manus eis admoveatur) solubiles, quis enim nos co-
get contra veritatem Iustiniani vel potius Triboniani
& reliquorum compilatorum perpetua esse mancipia. Et
ut è multis unam atq; alteram attingamus, quis non videt
è diametro inter se luçtari l. 2. §. 2. de off. pro cons. cum l.
17. §. 1. de manumiss. vind. quod enim ^{negatur} affirmatur in illa,
scilicet apud legatum proconsulis manumitti posse, illud
totidem ferè verbis ^{affir.} negatur in hac. Pari modo lex 8. de
acquir. poss. pugnat cum l. 7. titul. eiusdem, & certa ali-
às regula, quod scilicet possessio non possit quidem animo
& corpore simul acquiri, amitti tamen solo animo possit.
Quare nisi frontispicio d. legis 8. particulam NON præ-
figas, ne quidem ipse Apollo hanc pugnam conciliabit, ut
ut se inter pretes varia & misere torqueant, ut non minus
elegantè quam vere statuit Matthæus Gribaldi in tra-
ctatatu suo de ratione studendi c. 6. lib. 1. itemq; c. 16. libri
eiusdem.

III. In quibus conciliandis ut interpretes magni no-
minis, & alias de repub. literaria bene meriti, varie se
tor

tor serunt, ita interdum conciliationes ridiculas & plane
absurdas confinxerunt. E. G. in l. 15. de usu cap: inquit
Marcellum à Iuliano notatum fuisse confutumq;, cum
tamen Marcellus longe post Iulianum vixerit. Similis
error est Bartoli Baldi, aliorum complurium in l. fin. C.
de Inst. & sust. Bartolus enim Papinianum Diocle-
tiani & Maximiniani legem negat ignorasse, cū
tamen Papinianus Augusti tempore claru-
erit & à Marco Antonio nece-
tus est. *p. 7*

F I N I S.



Helmstedt, Diss; 1622-36

ULB Halle 3
004 548 183




f

sb.

VDA7







1757.

Quod Deus benevertat. 1622, 14
DISPUTATIO IURIDICA
De
EMPTIONE VEN-
DITIONE

4

Quam
SUB PRAESIDIO
Clarissimi & Consultissimi viri
DN. IOHANNIS WISSELI
I. V. D. & in illustri Julia Profefs. publ.
nec non Dicasterij Guelphici Assessoris dignif-
simi, praceptoris sui honorandi.

Ad diem 10 Julij Aug.

defendendam suscipiet
ANDREAS Dralle Eimbe-
censis.



HELMAESTAD I,
Typis heredum IACOBI LUCI,
Anno cl^o l^o cXXII.

18-

